

NUMMVS TRIVMPHALIS

CAROLI IX. GALLIARUM REGIS:

cus post victoriam de Hugonotis ad Mon-
conturum, partam. Anno Chri-
sti 1569.



Ondæo ad Irnacum, propè Engolismam, prælio vi-
cto, capto, & contra fidem datam à Montesquio
trucidato: nihilominus filius ejusdem, Rex Navar-
ræus, Colignius Galliæ Amiralus, alijque religionis
professores bellum continuare satagunt: sapiusque
ad pugnam à Regiis provocati signa tandem ad
Monconturum cum hoste conferunt. Acriter utrin-
que pugnatum fuit, Rege tandem victoriam obti-
nente. Germani namque pedites plerique omnes

interfecti: Germanos autem Equites Comes Ludovicus Nassovius, cæteri-
que militum Præfecti & tribuni, è prælio salvos ferè omnes reducant. Regij
quoque magnâ clade affecti: inter hos cæsi Marchio Badensis, qui antè
Auraco militarat, tunc verò Regis partes tuebatur, & Belgæ plurimi utrius-
que stipendiarij. Mansfeldius, qui ab Albano in Galliam missus fuerat, in
brachio grave vulnus accipit: Lanoius capitur, sed pro Philippo Strotzio
dimittitur. Cadunt eodem in prælio Gangolfus Quirinus à Geroltzeck, &
Granvillerius Heroes fortissimi, plurimumque desiderati. *Cæterum per co-
lumnas in nummo duas Religio ac Respublica denotatur. Hanc restaurare, illam sar-
tam tectamq; conservare, singularis res industria, virtutis, prudentiæ
est. De utroq; gloriantem audis Carolum. Me-
teranus. Author.*

